





Q. D. B. V.

870

25

DISSERTATIO IVRIS NATVRALIS ET POLITICA

DE

1748, 23 24

OBLIGATIONE CIVIVM

ERGA

PRINCIPEM TYRANNVM:

QVAM

CONSENSV AMPLISSIMAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE

PRAESIDE

VIRO CLARISSIMO AMPLISSIMOQVE

M. RVDOLFO WEDEKINDO

FACVLT. PHILOS. ADIVNCTO

AD D. XVI. MART. CIOCCCRXXXVIII.

H. L. Q. C.


PVBLCO E CATHEDRA EXAMINI SVBMISSAM

DEFENDET

AVCTOR ET RESPONDENS

PHILIPPVS IACOBVS HENRICVS WIERING,

BORRYA HANNOVERANVS.



GOTTINGAE,

IO. CHRIST. LVD. SCHVLZII, TYP. ACAD.



Q. D. E. N.
DISSERTATIO IVRIS NATURALIS ET POLITICAE

DE
OBLIGATIONE CIVIVM

ERGA
PRINCIPES TYRANNVM

Q. V. A. M.
CONSILII A. P. S. S. I. M. A. E. FACULTATIS PHILOSOPHICAE

FRASIBIDE

VIRI CLARISSIMO AMPLISSIMOQUE
M. R. DOLTO WEDERKINDO

PROFESSORI P. S. S. I. M. A. E.

AD D. X. M. A. N. I. V. C. A. N. O. S. T. A. T. U. M.

M. D. C. C. C. C.

IN ACADEMIA P. S. S. I. M. A. E. GOTTINGENSIS

DEFENSIT

AVCTOR ET RESPONDENS

THILIPPUS JACOBUS HENRICUS WIRTING

BORNEYA HANNOVERENSIS

GOTTINGAE

IO. CHRIST. IUD. SCHINDL. JUR. ACAD.



VIR O

PRAECELLENTISSIMO IVRIS CONSULTISSIMO

ATQVE AMPLISSIMO

DOMINO

CHRISTIANO EBERHARDO

NIEMEIER

AUGUSTISS. MAGN. BRIT. REG. DVC. ELECT.

BRUNSVICO-LÜNEB.

PRAELECTURAE MEDICINAE IN DVCATV

PRAELECTURAE LAVENSTEIN IN DVCATV

GRVBENHAGENSI

PRAELECTO SUPERIORI

D. D. D.

ACTOR ET RESPONDENS

O ATQVE
VIRO
PRAENOBLISSIMO IVRIS CONSULTISSIMO
AMPLISSIMOQVE
DOMINO
CHRISTIANO DIEDERICO
KNOCHE

AVGVSTISS. MAGN. BRIT. REG. DVC. ELECT.
BRVNSVICO-LÜNER.
PRAEFECTVRAE MEDINGEN IN DVCATV
CELLENSI
PRAEFECTO,
FAVTOIBVS ATQVE COGNATIS SVIS
SVMMOPERE COLENDIS
HANC DISSERTATIONEM
D. D. D.

AVCTOR ET RESPONDENS.

25
VIRI
PRAECELLENTISSIME PRAENOBILISSI-
MEQVE,
FAVTORES ATQVE COGNATI SVMMO-
PERE COLENDI!

Memor ego pietatis, qua VOS colo
et observo, hoc tenue industriae
meae, in literarum studiis collocatae do-
cumentum VOBIS exhibeo. Non quidem
ita perpolita sunt ingenio, exornataque
doctrina, nec loquenti sapientia comta,
quae meditatatus sum, ut VOBIS, qui ac-
te iudicatis, probari omnia queant. Per-
suasum tamen habeo, VOS pro ea, qua con-
spicui estis singulari humanitate, indulgen-
do conatibus meis, hocce diligentiae meae
specimen lubentissime esse suscepturos. Com-

WIERING
HENRICH JACOBVS
3

me-



memorandi locus hic foret peropportunos,
merita VESTRA in Rempubliam insigni-
nia, nisi laude mea illustriora essent, ma-
ioraque omni praeconio. Id tamen officii
mei nunquam desiti esse puto, ut VOBIS
secundissima quaevis apprecer, Deumque
Optimum Maximum summopere orem, ut
VOS in Reipublicae emolumentum, et CLA-
RISSIMARVM FAMILIARVM
VESTRARVM ornamentum ac prae-
sidium diutissime salvos conservet atque
florentes. Ego ceterum in omni obser-
vantiae cultu, quo VOS pie prosequor,
nunquam cessabo

NOMINVM CLARISSIMORVM
VESTRORVM

Scrib. In Acad. Georg.
Augusta d. X. Mart.
MDCCXLVIII.

Observantissimus cultor
PHILIPPVS IACOBVS HENRICVS
WIERING.



Q. F. F. Q. S.

DISSERTATIO IVRIS NATVRALIS ET POLITICA

DE

OBLIGATIONE CIVIVM ERGA
PRINCIPEM TYRANNVM.

§. I.

Anquam de obligatione erga principem tyrannum rite agere possumus, breuiter ad ipsa incunabula tyrannidis, ad ipsam adeoque originem omni imperii reuerti debemus. Hanc vero ut e primis fontibus ac principiis deriuemus, primo loco de ipsa origine ciuitatis erit circumspicendum.

§. II.

Ciuitatis originem facile detegit, ad ipsum Societatis ortum qui respicit. Hunc ut inueniamus, non opus est multas enixe exquirere causas moentes, quas

quas alii ex metu damni atque imminētis periculi alii ex spe lucri mutui, alii ex aliis momentis laboriose reperiunt, cum nihil dictu conuenientius videatur esse, quam hominem, animal illud sociabile, tacito naturae tractu ferri vehemēti desiderio aduersus sui simile. Sufficiebat iam hicce instinctus ad ineundam colendamque societatem, præterquam quod multas alias adduceremus rationes huc vsque extrinsecas. Has demum allegari oportebat, vbi ciuitas nasceretur. Videbant scilicet homines societatem suam ac legem adeo naturalem non commode exerceri posse, nisi eam arctiori quodam vinculo formarent, mutarentque. Vt ergo contra vim metumque sese tuerentur, vt eo melius commodis suis et incrementis prospicerent, verbo vt conseruationi consulere suae, permoti tandem sunt, vt societati suae ciuile aliquod adderent vinculum, h. e. vt cogitarent, qua ratione legi naturali quam maxime conformiter suas instituerent actiones, eique legibus arbitrariis subuenirent.

Vt ergo primum homines naturali stimulo sibi se iunxerunt, sic mutuo tandem consensu in societatem coaluerunt ciuilem, suadentibus illud multis rationibus, ex multiplicato genere humano et maxime huius necessario ac vtilissimo commercio fluentibus.

§. III.

Societas naturalis vt produxit mutuo consensu ciuilem, sic societas ciuilis pari ratione produxit imperium. Facile creditu est, tutoque potest sumi, res nunquam fuisse aliter, atque nunc quidem sunt. Iur-
gia

gia oriebantur et contentiones inter socios hinc, hinc inter societates. Quisque bonam se habere causam arbitratus nec paci nec legi locum concessurus erat. Tertius ergo accedere debebat arbiter, qui et res litigiosas decideret, partesque separaret litigantes, summamque civitatis curam in se susciperet. Quod cum fieri nequiret, nisi populus libero arbitrio ac consensu alicui imperii summum committeret, vel nisi quis eam sibi quocunque id demum modo factum sit, vindicaret, videmus, qua ratione imperantes pariter atque parentes orti sint in civitate. (a)

§. IV.

Primus ergo omnis imperii fons est pactum parentum cum imperante, vel si plures sint, in quorum imperium consenserunt ciues, cum imperantibus. Nimirum populus libero consensu eligit personam, cuius imperio sese hunc in finem submittit, ut Reipublicae gubernacula teneat, ut leges & mores stabiliat, ut prauitatem coerceat, verbo: ut omnia ad civitatis salutem dirigat. Dirigit, imperat. Obediunt ciues. Omnis ergo, ut egregie *Liuius* (b), imperii vis in consensu obedientium est, ex quo pactum istud fluere videmus, quod primam continet imperii rationem.

§. V.

(a) Vid. B. Trovenerus ad Pufend. p. 456. It. Perill. BOEHMERVS Iur. Publ. vniuers. P. spec. L. 1. C. 1. p. 126.

(b) *lib. 1. c. 1. §. 1.*

§. V.

Finis huius pacti et imperii adeo est salus ciuium, cuius rationem habeat imperans. Ad hunc fontem omnia redeant, quæ ex imperii notione fluunt.

§. VI.

Vt vero non omnes imperantes libero ciuium consensu imperii culmen ascenderunt, sic iam peruenimus ad alterum modum accipiendi imperium, qui fit occupatione. Fuerunt nempe, qui hinc vi, hinc fraude et dolo libertatem gentis alicuius subuerterunt, eamque in suam redegerunt potestatem. Huius generis principes, quos *Tyrannos* (c) vocabant, per plures nobis offert antiquitas, si historiarum documenta per-lustrare voluerimus.

§. VII.

(c) De ipso vocabulo, quia hic locus postulare videtur, copio-sius disputare iuvat. Sunt (*Suid.*), qui illud ἀπό τῶν Τηγῶν, *Thyrenis*, deriuant, eujus rei ratio in cola-ter, quod Thyreni sæui et atrocissimi omnisque generis malis facinoribus dediti homines fuisse feruntur.

Aliis videtur a τεισος, q. e. *vexo, affligo*, originetenus duci debere, et τεισεννος idem esse, ac quasi tu dicas τεισεννος.

Placet aliis deriuatio a Τύγος, opulentissima quondam florentissi-maq; vrbe, hac quidem ratione, quod eius subditi homines ditissimi pessime viuentes alios contemserint et oppresse-rint; vnde factum, vt ipse Seruator *Matth. XI. 2.* eos cum pessimis hominibus, et crudelissimis adeo principibus, comparauerit.

Sed obstat his omnibus vel hoc solum, quod *Tyrannus* ab initio bonum fuit. Vnde malim cum *Yessio* (Etym. sub voce *sur-*

§. VII.

Vt ergo ideam Tyranni colligamus, is sensu originali denotat aut Regem, Principem, Imperantem in genere, (d) aut in specie, verbis quidem Nepotis (e),

A 2

et

vis p. 620.) a τύπος l. τύσις, q. e. τυφες, τυφίς, προμ-
gnasulum &c. derivare quidem tyrannum, sed alia ratione.
Cum enim dubio careat, si exempla auctorum conferamus,
τύραννον notare regem, principem quemcumque, ut τυ-
ραννεῖν l. τυραννεύειν regnare, imperare generatim; sic fa-
cilior erit a τύπος l. τύσις ad eminentiam tyrannorum
transitus. Conf. Bochartus in Phaleg - - L. II. c. x. p. 735.
It. c. XVII. p. 775.

(d) Eurip. ION. v. 621. seq.

Τυραννίδος (regni l. imperii) δὲ τῆς μάτην ἀνωμένης

Τὸ μὲν πρόσωπον ἦδύ, τὰν δομοῖσι δὲ

Λυπηρὰ. τίς γὰρ μακάριος, τίς εὐτυχής,

Ὅστις δεδοκῶς, καὶ περιβλέπων βίαν,

Αἰῶνα τείνει; δημότης δὲ ἂν εὐτυχῆς

Ζῆν' ἂν θέλωμι μᾶλλον, ἢ Τύραννος (Rex, Princeps) ὦν,

Ὡς τὸς ποικρῆς ἠδονὴ φίλος ἔχεν,

Ἐδλῆς δὲ μισεῖ, κατθανεῖν φοβέμενος. κ. τ. λ.

Videatur extra textum locus sacuum et non tolerandum

principem exprimere (quæ vis τυράννα vitique etiam

subest) sed satis apparet sensus noster vel ex sola opposi-

tione τῆς δημότης. Conf. cum his Eurip. ΔΑΝΑ. v. 3. 4. 5.

ΠΕΛΙΑΔ. v. 5. 6. ΤΡΩΑΔ. v. 474.

Sic apud Aristoph. in Nub' ὑψιμέδοντα μ' Ἐσὼν Ζῆνι

τύραννον. It. Athen. I. 14. Ἐγὼς τύραννος Θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων.

Justin. L. XXI. c. 3. statim ab initio.

(e) In Miltiade Cap. VII.

et exemplo *Miltiadis*, aliorumque, eiusmodi imperan-
tem, qui occupat imperium, et est potestate perpetua in ea
ciuitate, quae libertate usa est. Dicitur Tyrannus hoc
significatu alias etiam incubator imperii, cui Gallorum
usurpareur optime respondere videtur.

§. VIII.

Fiebat haec occupatio vel ipso ciuium indultu,
vel vi ac fraude, non nisi inuito animo in imperium
consentientibus ciuibus; sed neuter modus obstabat,
quin Tyranni in vtroque casu essent optimi principes,
quibus utique a ciuibus erat obtemperandum. Prioris
casus exemplum praebet ipse *Miltiades* (*), qui *Tyran-*
nus fuit adpellatus, sed iustus, non erat enim vi consecutus
imperium, sed suorum voluntate, eamque potestatem boni-
tate retinuerat. Qualem altero loco describimus prin-
cipem, erat *Hiero* (†), qui dies noctesque Syracusanor-
um saluti inuigilabat, vt amissa libertatis lubenter
obliuiscerentur Syracusani.

§. IX.

Honestum ita quidem fuit initio vocabulum, sed
postea principum malitia et crudelitate crescente vi-
tuperari, et in malam partem sumi cepit. Vnde fa-
ctum, vt hi, qui vi occuparent regnum, quoniam
eiusmodi occupatione crudeliter agere videbantur,
etiamsi ceterum non male regnauerint, *uari ἐξοχῶν* di-
cerentur Tyranni. Et quia simul plerumque fiebat,

vt

(*) *l. c.*

(†) *LIV. Histor. Rom. XXXIII. cap. 4.*

vt dicti hoc sensu Tyranni potestate sua vltcrius abu-
terentur, populumque premerent, mirisque modis
affligerent, nec publicae saluti, sed priuato commodo
et emolumento vnice studerent, factum hinc porro
est, vt, qui horum mores sequerentur mali princi-
pes, generatim dicerentur Tyranni. (g)

§. X.

Sic iam demum ad istam deuenimus Tyranni
Tyrannidisque notionem, quae hic loci in censum ve-
nit. Equidem aliorum definitiones paulo post in sum-
mam contrahere malò, quam ipse tantae rerum co-
piae addere nouam. Audiamus primo loco TVLLIUM
(b), quam nobis pignat Tyrannum. *Hec inquit
est Tyrannorum vita, in qua nimirum nulla fides, nulla
caritas, nulla stabilis beneuolentiae potest esse fiducia: om-
nia semper suspecta et sollicita, nullus locus amicitiae. Quis
enim aut eum diligit, quem metuit, aut eum, a quo se me-
tui putat?* Audiamus et plures, WENDELERS(I), sic:
*Tyrannis est monarchia, in qua summa potestas est penes
vnum, bonum priuatum vnice spectantem.* ALTHVS. (k)

(g) Ex eis, quae hoc §. dicta sunt, factum est, vt distingui coe-
ptum sit inter tyrannum titulo et exercitio talem. Nos h.
l. de posteriori agimus. Conf. ceterum ad h. l. Reinb. in
Theat. prud. elegant. L. II. C. 6. p. 572.

(b) Lael. C. XV.

(i) Compend. Philos. Praef. p. 122. EIVSD. Idea boni principis. §. 13.
Posit. 3. 4.

(k) Polit. Cap. XXXVIII. p. 583.

de tyrannide sequentem tulit sententiam: Tyrannis est administratio iustae et rectae administrationi contraria, qua fundamenta et vincula uniuersalis consociationis obstinate, perseveranter, et insanabiliter contra fidem datam et praestitum iuramentum a magistratu summo tolluntur et evertuntur. BODINVS (l) Tyrannida de scribit per imperium, in quo unus homo diuinis ac naturae legibus sublati rebus alienis ut suis, et liberis hominibus quasi mancipiis ad libidinem abutitur. Qui idem l. c. rem in concreto non melius delineat, quod scil. Tyrannus sit regnandi cupidus et timidus, nulli fidat, oderit honestos cives, gaudeat improborum consuetudine, non sit contentus vulgaribus suppliciis, sed excogitet nova genera suppliciorum, et tandem tragicum sortiatur exitum, et quae sunt reliqua,

§. XI.

Vagae atque indeterminatae videantur hae partim definitiones, cum de monarchia et summo imperio multum adhuc disputari soleat: sed non desunt tam veteres inter, quam recentiores, qui propius ad rem accedunt, et ex quouis summo magistratu in aliqua societate civili, tali scilicet, a quo populus immediate regitur, nullo superioris adhuc potestatis et oriundarum hinc imperandi limitum respectu habito, genus proximum definiendi tyranni repetunt (m). Alle-

ga-

(l) De Republ. L. II. c. 4. Add. IAC. MART. Pol. L. II. C. 10. p. 497. TOLOZ. de Republ. L. VI. c. 13. 19.

(m) Timpl. Pol. L. V. c. 2. qu. 3.

gaverim tantummodo, quae *KOEHNIVS* (n) et cum ipso plures (o): *Monarchia est vel perfectior vel imperfectior* (h. e. improprie talis). Illa dicitur, in qua princeps f. monarcha dominium nullius simpliciter et absolute agnoscit, praeterquam solius Dei immortalis, simulque instructus est ea amplitudine ditionis et ea quoque opum ac virtutum potentia, ut subditos suos non tantum recte, sed etiam ornate et splendide gubernare possit. Haec est: quae vel ratione potestatis, vel territorii, vel utriusque simul a perfectione recedit, et cum princeps vel alium superiorem recognoscit, vel ratione potestatis, vel honoris, gradus ac principatus diminutionem patitur, et quae sunt cetera. Ad quam utramque cum tyrannida referat, idem nobiscum genus formandae notionis constituit. Ea notio, quam porro cum usu loquendi congruat, et nos ea, quae statuimus, ad nullum statum speciatim restricta, sed generatim et sine ullo respectu dicta velimus, Tyranni conceptum ex antecedenter dictis tandem sic colligimus: Tyrannus est princeps, aut si maus, summus in societate civili magistratus, qui salute Reipublicae plane posthabita suae tantum libidini inferuit cum pernicie ac interitu civium. (p)

§. XII.

(n) In Dissert. de regno et regum iure, §. IX. X. p. 6. 7.

(o) vid. loc. ante cit.

(p) Lectu perdigina hoc loco sunt verba Colberri. Si le suier, dit il, est ainsi dans l'obligation d'une fidelité parfaite envers le souverain, le souverain de son côté ne doit pas les traiter comme un esclave; il ne faut le charger qu'à proportion des besoins de l'état: autrement on il succombe sous les poids, donc

§. XII.

Vt iam omnia in compendium mittamus, summam repetere liceat omnium, quae adduximus. No-remus ergo :

- I. Summum imperium oritur ex consensu Ciuium et pacto cum illis inito. (§. 3.)
- II. Finis summi imperii est salus ciuium et ciuitatis. (§. 5.)
- III. Summus imperans vi pacti rempublicam bene administrare h. e. curam salutis eius gerere debet. (per ant.)

§. XIII.

His praefructis solutu facilius erit quaestio : num et in quantum tyranno ciues subditi sint obligari ? Propius ergo operi manum admoueamus, sed antea, quid sit obligatio, confirmemus.

§. XIV.

Obligatio generatim est necessitas moralis agendi. Oritur illa necessitas ex motiuis, quae cum actione conueniunt, vel quae nos ad agendum determinant. Motiua autem ista oriuntur ex representatione boni aut mali. Vltima origo omnis ergo obligationis est in ipsa ani-
mi

*sons il l'accable, ou il regimbe contre l'esperon, ainsi, qu'il ar-
rive à ces chevaux, qu'on veut dompter tout d'un coup sans les
accoutumer insensiblement, à la correction. Voyéi son testam-
pelis. chap. X. fol. 250.*

mi nostri natura, cuius hæc lex est: *appetimus bonum, auerſamur malum*, quatenus vtrumque vt tale agnoſcimus. Obligamur igitur ad hanc vel illam actionem agendam, quia nobis bonam fore videmus; et omittendam, quia malam nobis fore videmus. Ipsa hæc repræſentatio nobis imponit neceſſitatem: neceſſitas vero illa dicitur obligatio.

§. XV.

Solet hæc notio, vbi ad ſtatum ciuilem applicatur, duplici modo conſiderari. Vel enim alius nobis agendi neceſſitatem imponere, adeoque nos obligare poteſt, vel nobis incumbit neceſſitas, actiones ab ipſo præceptas ſuſcipiendi. Illo caſu obligationem dicunt *actiuam ſ. externam*, hoc ſenſu, *paſſiuam ſ. internam*.

§. XVI.

Obligatio actiua ſ. externa competit imperantibus in ciuitate, paſſiua ſ. interna ciuibus (§. 3. 4.) Quum vero omnis obligatio actiua oriatur ex pacto cum ciuibus, vi cuius non niſi iuſte et ſanctè imperare ſalutemque reipublicæ procurare debet princeps, videmus, felicitatem ciuium eſſe vnicum fundamentum omnis obligationis. Omnis ergo obligatio in internam tandem reſoluitur, quoniam nihil nos ad agendum commouere poteſt, niſi relationem boni vel mali ad nos habeat.

§. XVII.

§. XVII.

Tria ex his consequuntur:

- I. Voluntas imperantis restringitur ad pactum cum ciuibus, et quod inde sequitur, ad salutem rei publicæ.
- II. Obligatio actiua s. externa oritur ex pacto.
- III. Obligatiōi externæ non diutius respondet interna, quam pactum seruatur.

§. XVIII.

Reuertamur nunc, vnde paululum digressa est nostra disquisitio.

Quodsi autem iam meminerimus: I.) Obligatiōem nostram omnem oriri ex repræsentatione salutis nostræ (§. 16.) quæ cessat cessante bono imperio; II.) Tyrannum salutem ciuium negligere vitiosè imperare, et breuibus vt dicam: a pacto recedere, in quo tamen omnis vis imperii consistit; et a quo recedente vno etiam alter recedere potest (§. 11. 12.), facilis erit conclusio: *ab omni erga tyrannum obligatione plane nos absolui*; quippe cum cessante causâ cesset quoque effectus necesse sit. (q)

§. XIX.

Demonstrata quidem nunc res est, sed nondum confecta videtur. Demonstrantur enim sæpius, quæ

(q) Nota est vel illis, qui pactorum naturam intimius non norunt, vulgaris regula: pacta tam diu stringere, quam diu rationes eorum valent.

Vid. eeterum ad totum hunc locum *III. Glassey* in *N. D. B.* §. I V. §. 172. p. 594.

quae nec frunt, vbi possunt; nec fieri umquam possunt, vbi debent: quia applicationis non tam facilis est demonstratio, quam ipsius rei. Videmus ergo, quae adhuc circa hanc materiam disputari possint.

§. XX.

I. Quaeritur: quanam praecise sint, quae constituunt Tyrannum? quae notae, qui characteres distinctivi (r)? At sane confiteor lubentissime, determinatu

C 2

(r) Qui quidem tyranni notas characteristicas praecise exhibuerit, inueni equidem neminem praeter *Cl. Wichmann*. *Diss. de Tyrannide*, qui §. 27. sequentes constituit notas, sed ita comparatas maximam partem, vt notis notarum opus sit. En illas in compendium missas!

- 1.) Omnia in priuatum vsu conferre, et bona regni in publicam eius perniciem profundere.
- 2.) Bella inutilia mouere, in hunc finem, vt subditorum vires enerventur.
- 3.) Esse hostem ac perturbatorem publicae tranquillitatis.
- 4.) Existimare, sibi omnia licere. (Hoc nomine succurrit *Caligula* tyrannus, qui teste *Suetonio* in vita *Cal.* c. 29. ad Antoniam auiam: *memento omnia mihi in omnes licere.*)
- 5.) Esse suspicacem et ad omnes suspiciones pauidum e. q. p. Egregiam quoque imaginem tyranni dedit *Schoenbornerus* *Pol. L. II. c. 37.* S. R. *Walther* *Lex. phil. voc. Tyrannicy: Die Sache muss notorisch seyn, und aus solchen Umständen bestehen, das man daraus sieht, wie der Regent alles dahin einrichte, das das Land verderbet werde, und er nur sein eigenes Interesse befördern möge &c.* Etsi vero ceterum in thesi verissimum est, tyranno in omnibus non obedendum esse, in hypothesi tamen s. applicatione dicti decusius admodum difficile est, quisnam pro tali habendus

pre

natu esse difficillimum, ubi desinat bonus princeps, et incipiat tyrannus, si exacte limites constituere velimus.

Hoc iure meritoque damus, illum non statim esse tyrannum, in quem vnus alterve tyranni character cadat; nec est, qui ab vno alterove, vel a multis simul hoc nomine dignus centerur. Sunt saepe numero, qui ex suo ipsorum fauore iudicant; adde: quod inficeta plebs hinc plane non possit iudicare de actionibus principis, hinc sinistre saepius ac perversè iudicat. Ad salutem ergo publicam potius respiciendum est, ex eiusque detrimento atque interitu tyrannorum limites vnice petendi videntur. Iudicent omnis in vniuersum populus, et omnes in primis boni; iudicent imperii proceres, ac decident rem ipsae leges imperii fundamentales.

§. XXI.

II. Quaeri poterat: quid contra imperantem, qui hocce modo iusti tituli tyrannidis iudicatus est, statuendum sit? Sed non est cathedrae tantas causas componere. Equidem obligationem, et quae hinc proficiscuntur, erga tyrannum cessare, argumentis

ui-

proprie sit, quia, quod contra privati commoda nonnunquam contingit, reipubl. felicitatem non illico euerit. Conf. generatim de hac mat. *Pufend. I. N. et G. L. VII. c. VI. §. 4. sq. et Kulpj. Colleg. Grot. p. 22. sq.*

iustus euctum arbitror. Iudicium Tyranni ipsum sit pe-
nes istos, quos §. antec. allegauimus, arbitros. (s)

§. XXII.

Non desunt huius rei ab omni aevo exempla;
quae cum ex historiarum monumentis satis superque
constent, nonnulla tantum iuvat proferre in medium.
Ex innumera horum, copia, quae antiquitas sola of-
fert, commemoratu dignum est. *Hieronimi* exem-
plum, quem avo suo plane dissimilem optimo iure ex

C 3 me-

(s) *Cel. Combach*, Diss. de Monarchia §. 52. - - Nec prius res-
stendum est tyranno, qui exercitio esse dicitur, quam
si tyrannis ipse sit nota et obfirmata, aliaque remedia
non adsint; illa vero sit cognita per indicationem con-
cliorum et conuentum generalem omnium ordinum po-
puli, et quae seq.

Veteres quidem tyrannis iure decernunt tragicos exitus. Si con-
sulamus graecos et Romae liberae scriptores reperimus,
non tantum negari obsequium, sed strui insidias tyran-
nis caedesque et decerni praemia tyrannicidis. Sic *Cic.* II.
de In uent. 33. *Qui tyrannum occiderit, Olympionicarum*
praemium capito, et quam uolet, sibi rem a Magistratu de-
poscito, et Magistratus ei concedit. Id. III. Off. C. 6.
atque hoc omne genus pestiferum, atque impium
ex hominum communitate exterminandum est. Ete-
nim ut membra quaedam amputantur, si et ipsa san-
guine et tanquam spiritu carere coeperunt, et nocent
reliquis partibus corporis; sic ista in figura hominis
feritas et immanitas beluae a communi tanquam huma-
nitate corporis segreganda est. Et iudice *Seneca* (*Here-*
fur.) *uictima haud ulla amplior potest magisque opima ma-*
estis lous, quam rex iniquus.

medio sustulerunt Syracusani, libertatem ex intolando iugo sibi vindicantes. (l) Sic proceres imperii germanici WENCESLAO maiestatem abrogarunt, quum regni commoda ac dignitatem negligeret. (u) Sic Belgii confederati provinciae sese nefandae et furentissimae tyrannidi Hispanicae subtraxerunt, pristinae renunciantes obligationi. Sic fata constant Anglorum Tyranni IACOBI II. cuius nomen nominisque heredes et amicos adhuc horrent, qui audiunt. (x)

§. XXIII.

Restat adhuc, ut dubiis potioribus occurramus, quae contra sententiam nostram moveri videntur posse. Sunt qui principibus in omnibus sine discrimine obtemperandum esse docent; civiumque adeo obli-

liga-

(*) Exitum huius Tyranni scribitur Lib. Hist. Rom. Lib. XXIII. c. 7.

(u) Schminkius Dissert. Hist. de Wenceslao Rege Romanor. in eo quidem est, ut Wenceslaum defendat, mitiora certe iudicia de eo ferat; sed longe aliter res apparet ex libro, qui inscribitur: *Apparatus Iur. publ. et hist. germ.* cuius pars I. acta depositionis Wencesl. et elect. Ruperti Regum Rom. continet. Argent. 1696. Vid. hic in primis literas Electorum ad Wenc. p. 43. et literas Electoris Moguntini p. 55. in quibus crimina Wenceslai ex ordine recensentur, eique sententia dicitur.

(x) Hic situm rei restituere iam possunt, quae leguntur apud B. BENTHEMIVM Im Englischen Kirch. und Schulen: Staate. C. XXX. p. 1169.

25

ligationem ad extremum tyrannidis gradum extendendam esse asserunt. Praesidium suae sententiae potissimum ex eo repetunt, quod summus in Republica imperans, qui idem quoque summus legislator est, legibus nullis, nullique subest obligationi; sed exlex plane sit censendus. Ut taceam, petitionem principii manifeste committi ab his, qui hanc ferunt sententiam, falsissima sunt, quae profitentur. Etsi vel maxime enim summus in Rep. imperans iisdem, quas subditis suis tulit, legibus non subest, nec subesse quidem potest, non omnibus tamen ideo statim legibus is solutus censendus est. Nulla enim est tam absoluta imperantium potestas, ut ui pastorum nullis adstricta sit limitibus. Et, si hoc uel maxime Summus, legibus tamen diuinis aequae illos teneri ac infimae fortis subditum, neminem fore existimo, qui eat inficias. Abstrahamus ergo ab omnibus imperii limitibus, nihilo tamen minus ex his fontibus, quos modo commemoravi, omnia ea commode deduci possunt, quae in antecedentibus statuimus. (y)

§. XXIV.

(y) Ne in scyllam incidat, qui charybdim euitare vult, duogeneratim extrema circa hanc quaestionem de oblig. erga tyr. euitanda sunt, quorum alterum est Machiuveltissimus, alterum Machianellissimus.

III. est opinio (sic enim amo, cum de vero auctoris sensu adhuc disputetur) qua principi ius tyrannidem exercendi conceditur, et ciuibus obligatio tyrannidi obtemperandi asseritur.

supra p. 111X. not. 12. II. unq. (y) 211



§. XXIV.

Sunt porro, qui sententiae nostrae calculum suum adlicere detrectant, quod omne summi magistratus imperium sit immediate a Deo oriundum. (z) Credibile est, male intellectis quibusdam SS. locis, (a) et ideo porro, quod Deus ipse Iudaeis Reges ac iudices immediate praefecerit, in eam sententiam abiisse eisdem patronos. Docent hi igitur, populum eligere quidem subiectum, sed Deum conferre iura ei et maiesta-

Hic est opinio, qua ius rebellandi subditis conceditur. Rebellio autem cum sit bellum subditorum qua subditorum ad ver- sus principem qua principem, videmus, quam longe ab sit renunciatio obligationis erga tyrannum a Monarchomachismo, crimine certe atrocissimo.

Praeclare Walchius in L. P. artic. Monarchom. Es ist hier die Frage nicht, ob man sich einem Tyrannen widersetzen könne? woran gar kein Zweifel, weil durch die Tyrannei die bürgerliche Gesellschaft aufgehoben wird, daß, wie ein Tyran kein Regent mehr ist, also diejenigen, welche ihm als Regente vorher unterthan gewesen, keine Unterthanen mehr sind, sondern sie befinden sich in statu belli als gleiche Personen, da derjenige Theil, der angegriffen wird, sich zu vertheidigen befugt ist.

De utraque hac falsa opinione conf. Observat. Hallens. T. VI. Sect. 1. Stoll. Hist. d. G. P. III. C. V. §. 45. Reinmann. Einl. in d. H. L. d. D. Vol. V. p. 132. seq. H. Gros. I. B. et P. L. I. C. 4. §. 6. seq.

(z) Vid. Hornius de Ciuit. L. II. C. I. §. 4. 10. Ziegler. de iur. maicst. L. I. c. 1. §. 46. seq.

(a) Dan. II. 21. Rom. XIII. 1. aliisque.

iestatem illis Sed praeterquam, quod ab Iudaeorum Theocratia non ad omnem statum civilem concludere liceat, alia adsunt argumenta, quae contrarium persuadent. Ipse PETRVS (b) vocat ordinationem humanam, quo cum effato multa alia S. S. loca conveniunt. Adde quod iam ante Iudaeorum Theocratiam Reges ac Principes fuere inter populos. (c) Quin ipsis S. S. exemplis per pluribus nunc civium deficientium, nunc regum depositorum firmari potest nostra sententia. (d)

§. XXV.

Haec paucula quidem de obligatione erga tyrannum. Ut finis dissertationum academicarum est, contrahere in compendium materiam, de qua integer et plures integri libri conscribi poterant, sic equidem volui specimen huius scopo congruum, in quantum virium mearum tenuitas id permitteret, edere, antequam

(b) 1. Petri II, 13. 1. Tim. II, 2. 3.

(c) Copiosius hoc momentum tractat ipse Cl. Praesertim: *Diff. de Maieft. Sect. 3. §. 50. p. 28. seq.*

(d) 2. Reg. 12, 2. Reg. 8, 2. Chron. 25.

Quod si enim hostem se gerit totius populi princeps, non amplius pater patriae et princeps est, adeoque facto abdicat imperium, et adversus eum licet omnia, quae adversus hostem manifestum licent. *Cret. I. E. et p. L. I. C. 4. thesi II.*

D.

quam optatam omnibus Gotingam, dulcissimam mihi haecenus sedem relinquerem.

Laetatur felix Germania nostra tyrannorum neficia, quae cum optimo Imperatore optimisque principibus fruatur, omni quoque fruitur bono. Laetantur in primis florentissimae et felicissimae terrae Brunsvicenses et Luneburgicae propter insigne et incomparabile sui Regis exemplum, cuius iussa exequi summa est felicitas. Faueat huic Optimo Principi, qui mat populum suum, summum Numen, et Domui eius; faueat Patriae et his, qui eam procurant; faueat Academiae Georgiae Augustae, eiusdemque Maecenati; et ut omnia reperam: faueat

GEORGIO AVGVSTO!

S. D. G.



25
VIRO
SUMME REVERENDO DOCTISSIMOQVE
CHRISTIANO IOSVAE
WIERINGIO,

ECCLESIAE DIOEC. BORRYENS. SUPERINTENDENTI MERITIS-
SIMO SPECTATISSIMOQVE.

S. & O.
RUDOLPHVS WEDEKINDVS

A. M. 1711. Mart. CXCIX. XXXVIII.

* * *

Fufius TIBI, Vir fumme Venerabilis! rationem
in praefenti exponerem negotii, cuius T V O
iuffu praefidium mihi detulit Ornatiffimus Fi-
lius, nifi in fummo luctu et inter ipfas lacrymas
fcribendum iam effet. Veniam ergo dabis afflicto praefi-
di, cui inſperatae literae acerbiffima fata cariffimae pa-
rentis et fratriae vna cum filiolo eadem die extinftarum
hoc ipfo die nunciauerunt. Gratulor TIBI ex animi ſen-
tentia

rentia istud gaudium, quod capis ex amatissimo filio; quem tertio abhinc die in cathedram B. c. D. comitabor; gratulor doctos filios, optimæ vtrumque spei, quos pluribus laudarem, nisi constaret sine meo praeconio inter omnes, TVARVM eos esse virtutum haeredes.

Faxit summi Numinis clementia, vt sint senectutis quondam TVAE fulera, Familiae spectatissime ornamenta, et bonorum omnium deliciae. Faueat Coelestis Providentia Domui Gentique TVAE aestumatissimae; arceat morbos; arceat mortem diutissime! Plura in posterum. Vale, Vir summe Reuerende, et porro faue! Scrib. Gottingae III. Id. Mart. c i c i c c c x x x x x i i l .

Filius TIBI Vir summe Venerabilis! rationem
in praesentem exponere negotium T V O
nisi praesentem inibi deinde Omnia sunt
his nisi in tempore habere et inter ipsas lacrimas
scribendum iam dicit. Veniam ergo dabo tibi illud praesentem
di cui inspectis hinc scribendum facti carissimi pa-
rentis et fratris vni cum filio eadem die extimatum
hoc ipso die nunciaverunt. Gratulor TIBI ex animo la-
rentis



25
PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DISSERTATIONIS AVCTORI

PH. IAC. HENR. WIERINGIO

FAVORI ET AMICO SVO

S. D. P.

CHR. ERN. a WINDHEIM,

PHIL. PROF. EXTRAORD.

Ego vero TIBI gratulor nouum hoc ingenii TVI fer-
tilissimi, quod aliis addis, specimen, hanceque disser-
tationem proprio Marte conscriptam, quam TE
crastino die feliciter contra aduersariorum rela defensu-
rum esse praevideo, quid quod? praesagio, quaque nihil est
ad publicum diligentiae TVAE testimonium honestius, nihil-
aptius. Demandasti mihi hodie, vt aduersarium dispu-
tationis TVAE publicum crastina luce agerem. Recepi

an

in me, etiamsi aliis laboribus iam maxime premar, hoc
 officium humanissime mihi oblatum, ut occasionem habeam,
 publico in conflictu TIBI bonam meam in TE mentem si-
 significandi, et, ne hocce amoris officio recusato, TIBI in-
 iuria fieret. Simulabo ergo aduersarium, et iam publice
 TE rogo, ne vel ea, quae leuia a me proferentur dubia,
 eorum ob tenuitatem reiticias. Plura addere tempus iam
 non permittit. Nihil ergo nunc superest, nisi ut TIBI de
 fiducia in me TVA TVOOVE in me amore gratias agam,
 et perpetuum TVVM erga me amorem humanissime a TE
 mihi expetam. Vale et res TVAS feliciter age. Da-
 bam in Georgia Augusta d, XV. Mart. CXCICCCXXXVIII.

Ego vero TIBI gratulor nonnum hoc ingenti TVI per-
 tiliam, quod tunc adit, speciem, panacea differ-
 rationem proprio merito consequam, quam TE
 certis die feliciter centro aduersariorum tela detrahe-
 rem esse pra miris, quid non per asperis, panacea mihi de
 ad publicum diligenter TVA EANT aduocantur, adhibe-
 ptum. Demanda mihi bodis, et aduersariorum dispo-
 rationis TVA EANT certis luce agerem. Kacpe
 in



RESPONDENTI

FRATRI SVO CARISSIMO

S. P. D.

B. S. C. FERD. WIERING.

OPPONENS.

Mire confidero in TE FRATER AMICISSIME adsiduitatem praeclare progrediendi in illis studiis iisque artibus, quae TIBI viam ad solidissimam felicitatem sternere queunt; Quae gloria TIBI non est enata ex TVA exercitatione differendi. Quis honor exinde emanat, quod gaudium Parenti nostro venerando ex hoc TVA studio est comparatum. Hi sunt fructus, hae utilitates, haec sunt ornamenta animi erecti ac excitati ad mercatum pulchrum artium ad disciplinarum, quarum cursum quod indefesse prosequaris et ad metam, scopumque TIBI propositum ardenti animo ad properes lector, et quod alacrite







Göttingen. Diss., 1748



TA → OL mit 7 Stück verknüpft



Q. D. B. V.

870

25

DISSERTATIO IVRIS NATVRALIS ET POLITICA

DE

1748, 25 24

OBLIGATIONE CIVIVM

ERGA

PRINCIPEM TYRANNVM:

QVAM

CONSENSV AMPLISSIMAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE

PRAESIDE

MO AMPLISSIMOQVE

NO WEDEKINDO

PHILOS. ADIVNCTO

MART. CIOIOCKKXVIII.

H. L. Q. C.


EDRA EXAMINI SVBMISSAM

DEFENDET

ET RESPONDENS

VS HENRICVS WIERING,

HANNOVERANVS.



TINGAE,

D. SCHVLZII, TYP. ACAD.

